


90

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae  
 Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Rus-  
 siae etc. Dominus et haeres. Significa-  
 mus tenore presentium, quibus expe-  
 dit universis. Quia ad petitiones Reve-  
 rendi in Christo Patris Domini Joannis  
 Episcopi Posnaniensis nobis sincere di-  
 lecti, Nobili Joanni Laskario Lubranski  
 bona nostra Regalia Lubolya in terra  
 Iradiensi sita de manibus Generosi  
 Mathiae Stowaczki Verilliferi Iradi-  
 ensis redimendum, consentiendum et ad-  
 mittendum de benignitate nostra regia  
 duximus, consentimusque et admittimus  
 presentibus literis nostris. Ita tamen,  
 quod summe pecuniarum non credant  
 summas in literis originalibus iuste et  
 legitime inscriptas per ipsam Laskarium  
 et suam legitimum posteritatem bona ma-  
 dicta juxta vim, tenorem et contenti-  
 am literarum originalium de super ju-  
 ste et legitime datarum, tenendum, ha-  
 bendam, uti fruendum, pacifice et quiete  
 possidendum, usque ad exemptionem per  
 nos et Successores nostros faciendam.

Qua



Qua facta possessio bonorum praedictorum  
ad nos et Successores nostros devolvetur  
jure pleno, jure et stationibus nostris  
semper salvo. Harum quibus sigillum  
nostrum est subappensum testimonio  
literarum. Datum in Birescie Lithoa-  
niae feria sexta proxima ante festum  
Sanctae et individuae Trinitatis. Anno  
Domini millesimo quingentesimo un-  
decimo, Regni nri quinto.

Relatio Magnifici Chri-  
stophori de Schydtowicz  
Castellani Sandoniriensis  
Regni Pol<sup>ae</sup> Vicecancellarii  
Sinadiensisq; Sochaczoviensis  
et Postinensis Capitanei.

Takopia iest przepisana z Orzginadu  
pargaminowego limitowianego od lito  
wego piecu odenwana d 23. Febu 1705 a<sup>o</sup>